



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De praedicatore ordinis Praemonstratensis, cap. 49.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Magister Petrus Cantor Parisiensis verbo, * vo- * *al. vita*
 to, & exemplo plures ædificauerat. Hic in * Põ- * *al. fonte*
 tenella domo ordinis nostri factus est noui- *nella*
 tius, & infra annum probationis defunctus est, & in
 capitulo sepultus; cumque postea, necessitate edificio-
 rum, corpus eius esset transferendum, aperto sepul-
 chro, tam magnus & tam suauissimus ex illo odor ef-
 ferbuit, vt nares omnium illius fragrantia reficeretur.
 Odor ille signum erat eximie eius doctrine, cuius
 mercedem receperat in cœlo. Quantum verò gratiæ
 quantumve gloriæ doctores, siue prædicatores, post
 hanc vitã mereantur, subsequens sermo declarat.

Sacerdoti cuidam ordinis Præmonstratensis in
 hac, quæ modò fuit, expeditione præceptum e-
 rat contra Saracenos crucem prædicare: cumque
 in ipsa prædicatione corporali molestia tactus homi-
 nem deponeret; cuidam socio suo post mortem appa-
 ruit: quæ eum ille interrogasset, quomodo haberet, vel si
 aliquid molestiæ moriens pertulisset. Respondit: Vide-
 batur mihi pœna mea satis longa, cumque morerer,
 non nisi demones circa me vidi, qui animam egre-
 dientem cœperunt abducere; ex quibus vnus dixit:
 Nunquam bene seruasti professionem tuam, neque
 obedientiam Abbati tuo promissam. Et subiunxit
 statim alter: Nunquam prædicasti sincerè Dominum
 tuum, id est gratis, & intellexi statim, accusante con-
 scientia, quia vterque verum dixisset: cumque in hunc
 modum diuersi diuersa contra me proponerent, & e-
 go iam positus fuisset in desperatione, eo quòd non
 esset qui pro me responderet, maximè cum circum-
 spiciens, neque beatam Dei genitricem, neque aliquem
 angelorum, siue aliorum Sanctorum vidissem, ecce
 Christus adueniens manu tenuit me, dicens; Sequere
 me, quia tu prædicasti me. Mox turba omnis spiri-
 tum illorum immundorum disparuit ad instar fumi,
 & ego Christum secutus sum ad gloriam, nullam e-
 nim aliam pœnam, excepto illo terrore, passus sum.

His etiam qui libenter orant, referam exemplum factis incentiuum.

CAPVT L.

Cuis quidam Colonienſis habebat illam conſuetudinem, vt quotiens ſolus eſſet, ſemper oraret; eundo ad eccleſiam, ſiue redeundo, vel in curia ſua deambulando, angelicam maximè ruminabat ſalutationem. Qui cùm mortuus eſſet, cuidam nepti ſuæ in habitu ſplèdido apparebat, in quo, maximè tamen in caligis & in calceis, ſcriptus erat per totū verſiculus: Aue Maria, gratia plena, &c. quia, vt dixi, eundem verſiculum deambulando frequentauerat, cruribus eius & pedibus crebriùs inſcriptus apparebat. Ex his quæ dicta ſunt colligitur, quòd ſicut Deus ſecundùm qualitatem & modum punit peccatum, ita remunerat & meritum, maximè in illis membris offèdèns ſignum gloriæ, per quæ illa meretur. **APOLLONIUS:** Vnde eſt quòd humana natura tantum abhorret mortem, cùm tanta ſit ei à Deo gloria præparata.

Lucæ 22.

CAESARIUS: Ipſe Rex gloriæ Ieſus Chriſtus Deus & homo, in tantum ſecundùm ſenſualitatem mortem abhorruit, vt timore illius ſanguinem ſudaret. Anima naturaliter appetit eſſe in corpore, nec poteſt ab illo ſeparari, ſine magna acerbitate.

CAPVT LI.

Ante hoc quadriennium, cùm Prior quidam de ordine regularium in quadam corte monaſterij ſui hoſpites collegiſſet, & iam menſa eſſet præparata, ipſe tanto ſopore cœpit affici, vt niſi ocyùs dormiret, moreretur. Qui cùm in lecto ſe reclinaſſet, mox quidam eius Conuerſus, qui alteri grangiæ præerat, dormitanti adfuit, dicens: Domine cum licentia veſtra vado: Et ille, **Quò vadis?** Reſpondit Conuerſus, Ad Deum vado, quia mortuus ſum in hac hora. Et Prior: Cùm multi perfecti viri tranſeant per purgatorium, quid eſt, quòd tu tam abſolutè dicis te ſtatim eſſe iturum ad Deum? Ad quod ille reſpòdit: Habebam conſuetudinem, vt quotiens tranſitem coram crucifixo, hanc dicerem orationem: Domine